

is est ipsus. ei, timeo miser quam hic mihi nunc nuntiet
rem.

GETA ANTIPHO PHAEDRIA iv

GE. Nullus es, Geta, nisi iam aliquod tibi consilium celere
reperis,

180 ita nunc inparatum subito tanta te inpendent mala ;
quae neque uti devitem scio neque quo modo me inde ex-
traham,

181^a quae si non astu providentur me aut erum pessum dabunt ; 5
nam non potest celari nostra diutius iam audacia. 4

AN. quid illic commotus venit ?

GE. tum temporis mihi punctum ad hanc rem est : erus
adest. *AN.* quid illuc malist ?

185 *GE.* quod quom audierit, quod estiu' remedium inveniam
iracundiae ?

loquarne ? incendam ; taceam ? instigem ; purgem me ?
laterem lavem.

heu me miserum ! quom mihi paveo, tum Antipho me ex- 10
cruciat animi :

ei(u)s me miseret, ei nunc timeo, is nunc me retinet : nam
absque eo esset,

recte ego mihi vidissem et senis essem ultus iracundiam :

190 aliquid convasassem atque hinc me conicerem protinam in
pedes.

AN. quam hic fugam aut furtum parat ?